

1043

Cn. Pinario Cn. f.

Severo consuli, auguri, regi sa[*crorum, praet., quaest. cand.*]
 imp. Caesaris Nervae Traiani Aug., salio Col[*tino*].
 Cornelia Manli

Tibure rep., nunc Romae (XIV 3604 descr. Henzen).

1044 P. Manilio P. f. | Gal. Vopisco | Vicinillian[o] | L. Elufrio Severo
 Iul[*io*] | Quadrato Basso cos.¹, | pontif., flamin.², praet.³, | quaestori divi
 Traiani | Parthici, trib. mil. leg. | IIII Scythic., IIIvir. a. a. a. | f. f., salio
 Collino, curat. | fani Herc. Vict.⁴, | N. Prosius Platanu[s] | cum Manilia
 Eutyche[*ia*] | uxore et Vibia Vicinill[*a*] | et Manilis | Vopisciano et Attico
 libe[r]is | suis.

Tibure rep. a. 1887 (XIV 4242 vidit Hirschfeld). — 1) *Consul ordinarius a. p. C. 114 (XI 3614, ubi dicitur P. Manilius Vopiscus), filius puto Manilii Vopisci, cuius villam Tiburtinam Statius carmine III libri I silvarum descripsit, villaeque illius heres.* — 2) *Praeter usum omisum Dialis (vel Martialis vel Quirinalis) vocabulum.* — 3) *Ad praeturam pervenit ex quaestura, utpote patricius (cf. supra N. 999 not. 4).* — 4) *Curator fani Herculis Victoris fuit Tibure.*

1045 Q. Caecilio Q. f. | Arn. Marcello¹ | q. prov. Narbonensis, | tr.
 pl., pr., in utroq. | honore candidato | divi Traiani Aug., leg. | pro pr.
 prov. Narbon. et | prov. Baeticae, procos. | prov. Siciliae.

In agro Tusculano (XIV 2498 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Titulus filii est infra N. 1096.*

1046 [D. Te]rentio | Gentiano¹ | trib. militum, | quaestori, trib. pl.,
 pr., | leg. Aug., consuli, pontif[*f.*], | cens. provinc. Mace[d.],² | colonia Ulpia
 Tra[*ian.*] | Aug. Dac. Sarmizege[*tusa*] | patrono.

Ex rudibus Sarmizegetusae sine dubio prodit saec. sup., mox periit (III 1465 descr. Ariostus auctor accuratus). — 1) *Idem ut videtur Terentius Gentianus cui rescripsit Hadrianus (coll. leg. Mos. et Rom. 13, 3, 1). Praenomen suppleri ex N. 1046 a.* — 2) *Cf. Mo. Staatsr. II³ p. 1092.*

1046^a vidi Pyramidas sine te, dulcissime frater,
 et tibi, quod potui, lacrimas hic moesta profudi,
 et nostri memorem luctus hanc sculpo querelam.
 Sit nomen Decimi [G]entia[n]i¹ pyramide alta,
 pontificis comitisque tuis, Traiane, triumphis,
 lustra sex intra censoris², consulis, esse³.

In Aegypto, in pyramidum una (III 21 p. 967 = III S. 662⁵ descripta a peregrinatore quodam saec. XIII). Titulus incisus vel scariphatus a sorore eiusdem D. Terentii Gentiani, cum Aegyptum lustraret (cf. Friedlaender Sittengesch. II⁵ p. 244). — 1) *Centianni traditur.* — 2) *Significatur munus censoris provinciae Macedoniae.* — 3) *esse corruptum; deinde non pauca deesse apparet.*

1047 P. Tullio | Varronis fil. | Stel. Varroni¹ cos., | auguri, procos.
 provinc. | Africae, leg. Aug. pro pr. | Moesiae superior., curat. | alve